ARGVMENTVM LIBRI SEQVENTIS PER BEATVM RHENANVM.

SVADET amico cuidam qui uxorem amiſerat, ut à ſecũdis nuptijs ſibi temperet. Atqꝫ inter diſputandum eò prouehit̃, ut tandem ſecundas nuptias damnare incipiat. Diſſuadens utcunque ferri poterat, at damnans ipſe quoqꝫ damnari meruit. In hac re deceptus eſt peruerſo Montani dogmate, ſecundas nuptias ꝓ ſtupro habentis. Autor eſt diuus Hieronymus, librũ de Caſtitate aduerſus eccleſiam ſcriptum. Quãquàm ueteres omnes atqꝫ adeo Hieronymus ipſe, matrimonio parum æqui fuerint, uirginitatem & caſtitatẽ maximi facientes: cum quot putabant ultimum illum diem non procul abeſſe, memores illius Paulinæ ſententiæ, Tempus in collecto eſt. Tum quod uidebant ex cõiugijs multa naſci impedimenta, quæ puritatem Chriſtianiſmi uiolarent, id temporis præſertim cum inter ethnicos agerent Chriſtiani, & ethnicis per matrimonium copularentur. Certe conſtat Hieronymum hac de cauſa Romæ male audiſſe.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE EXHORTATIONE CASTITATIS, LIBER.

NON dubito frater te poſt uxorem in pace præmiſſam ad compoſitionem animi conuerſum, de exitu ſingularitatis cogitare. Et utiqꝫ cõſiliũ digere. quanquàm & huiuſmodi cũ fide ſua cõloqui debeat unuſquiſqꝫ, eiuſqꝫ uires conſulere: tamen quoniam in iſta ſpecie carnis, neceſſitas cogitatum mouet, quærere apud eandẽ conſcientiam quæ fidei reſiſtit, opus eſt fidei extrinſecus cõſilium, tanquàm aduocatum aduerſus carnis neceſſitatem. Quæ quidem neceſſitas circumſcribi poteſt, ſi uoluntas potius dei quàm indulgentia conſideretur. Nemo indulgentiam audendo promeret̃, ſed uoluntati obſequẽdo. Voluntas dei eſt ſanctificatio noſtra. Vult enim imaginem ſuam nos etiam ſimilitudinem fieri, ut ſimus ſancti, ſicuti & ipſe ſanctus eſt, inquit. Id bonum ſanctificationem dico in ſpecies diſtribuit complures, ut in aliqua earum deprehẽdamur. Prima ſpecies eſt, uirginitas à natiuitate. Secunda uirginitas, ut ex arbitrio ſuo uidua maneat, cum alibi dicas damnandã ſi nupſerit: id eſt, lauacro aquæ, aut in matrimonio purificat ex compacto, aut in uiduitate perſeuerat ex arbitrio. Tertius

tius gradꝰ